UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

In asce[n]sio[n]e d[omi]ni Introducto Sermo xlvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Visual Library

vt ab inuicē recedentes abſq̄ vlla v̓boꝝ duplicitate ſibi mutuo
corda manifeſtēt. qđ obſeruauit xp̄s. recedens a diſcipulis. vñ
ſine ꝓuerbio eis loq̄baṫ in hoc qđ palā dixit deū prēm diſci-
pulos amare. ⁊ qđ a deo exierat et venerat in mūdū. Scđo ꝓ
fitenṫ ſapiam xp̄i. q̄ dei filio appropriaṫ: nūc ſcim⁹ q̇a ſcis oīa.
reuera ſcientie ſignū eſt clare ⁊ lucide loqui. vt poſſit aliq̇s do
cerere. ſapie. 9. Emitte ſapiām tuā dn̄e de celis ſanctis tuis. et
de ſede magnitudinis tue. vt mecū ſit ⁊ mecum laboret. ⁊ ſciā
quid acceptū ſit apud te. ſcit eñ omnia ⁊ intelligit. et non eſt
opus tibi. vt quis te interroget: qꝛ anteq̄ꝫ interrogetur. nouit
quid interrogare velint. neq̄ꝫ eñ interrogatiōib⁹ fiunt nō deo
corda hoīm. qꝛ ſcit omīa. etiā anteq̄ꝫ fiant. Tertio ꝓfiteret xp̄i
diuinā genarac̄oem: in hoc credim⁹: qꝛ a deo exiſti: qꝛ ſol⁹ de
us ſcit occulta cordiū. ⁊ ꝓprie iſta noticia filio dei appropriaṫ
quid ſapientia dei patris occulta eternum verbum naſcitur

## In aſcēſiōe dn̄i Introductō Sermo xlvii.

Ecūbentib⁹. 11. dſcipulis apparuit illis ihēſus.
et exprobrauit incredulitatē eorum ⁊ duritiā
cordis. Mar. 16. hoc idem habetur Luc. 24.
aſcēſur⁹ xp̄s ad prēꝫ mādauit diſcipulis dicēs
Eūtes in mūdū vniūſuꝫ p̄dicate euāgeliū oī creature hac vero
die caritati vr̄e nō aliud euangeliū p̄dicare intendim⁹. q̄ꝫ glo
rie aſcenſionis dn̄ice. ipſe igiṫ qui p̄dicationis dedit mādatū di
gne nobis de ſeipſo loqui ↄcedat. qm̄ vt verbis vtar Auguſti
non de aliquo loq̄mur vobis. niſi de illo qui modo ex euange
lio loq̄baṫ nob̄ oīb⁹. ipſe ergo ſit auctor nr̄i ſermonis. qui eſt
largitor nr̄e ſalutis. q̄ vt nobis ↄcedat v̓ginis mr̄is ei⁹ ſuffra
giū ſalutac̄oe āgelica hūilr̄ iplorem⁹ dicētes. aue maria gra
tia plena ꝛc. Prima pars A

Ecumbentib⁹ vndeci diſcipulis ꝛc. qñ prēmfamilias
contingit ad alterā regionē tranſire. tūc mādata ꝓpo
nit ſeruis ſuis qualiter domum ſuam et familiam ce
taq̄ꝫ omnia vſq̄ꝫ dū venerit debeāt gubernare. ſalua
tor igiṫ nr̄ hodierna die celeſtē regionē aſcendens: fideliumq̄ꝫ
familiā relinq̄ns in terris. dedit p̄cepta diſcipulis. vt ꝑ multi
plicando fideliū nūero. vbiq̄ꝫ terraꝝ ipſius nomē diuulgarēt
de quo agitur in p̄nti euangelio. qđ diuiditur in tres ꝑtes. In
p̄ma namq̄ꝫ oñditur quib⁹ verbis ante ſuam aſcenſionē criſtus
fuerit diſcipulos allocutus amicabiliter ⁊ gracioſe Secūdo q̄uo
in celū fuerit aſſumptus mirabiliter ⁊ glioſe. ibi. ⁊ domin⁹ q̇dē
ihēſus ꝛc. Tertio q̄uo ꝑ diſcipulos ſermo ipſi⁹ fuerit ↄpletus ſe

dulicter ⁊ ſtudioſe ibi. Illi aũt pſedi.    B    Circa pmũ qtuoꝛ
deſcribunt quoꝝ vnũ eſt appitio ſaluatoꝛis vbi. ꝯſiderandum
eſt. ꝙ de iſta dñi appicõe aliqua videt̃ eẽ diuerſitas. Aug. nãqꝫ
dicit ꝙ iſta appitio de qua loquit̃ Mar. hic ẽ eadẽ illi appicõi
que facta fuit ĩ ſero diei reſurrectõis dñice. de qua loquũt Lu.
et Jo. Cui obuiare videt̃. qꝛ Jo. dicit illi appitioĩ Thomaꝫ nõ
affuiſſe. Mar. vo hic dicit ꝙ. xi. diſcipul' appuit xp̃s. magiſter
aũt in hiſtoria ſcola. videt̃ velle ꝙ iſta appitio ſit eadẽ illi de q̃
loquit̃ mathe. ꝙ xi. diſcipulis xp̃us appuit in Galilea ad mon-
teꝫ vbi ꝯſtituerat ihus illis. ĩ illa eñ appitione introducit ma-
giſter xp̃m exprobraſſe duritiã coꝛdis diſcipuloꝝ. ⁊ dixiſſe ill'
Ite in mũdũ vniuerſũ p̃dicate ꝛc. ⁊ qui crediderit ⁊ baptizatus
fuerit ꝛc. ⁊ iteꝝ introducit eũ tũc dixiſſe ſigna eos qui credide/
rint hec ſequent̃ in noĩe meo ꝛc. que v̊ba refert Marc. xp̃m dixi/
ſſe in hac appicõe. vñ hec appitio videtur eſſe eadeꝫ illi. ſꝫ huic
nõ videt̃ ꝯſonare. qꝛ Marc9 dicit hanc appicõeꝫ fuiſſe nouiſſi/
maꝫ. i. nouiſſimo die factã. quo xp̃us fuit in terra. ait enim ſic.
nouiſſime. Recumbentibus enim diſcipulis apparuit illis ieſus
vnde videtur eſſe dicendũ. ꝙ hec appitio de qua loquit̃. Mar
cus nõ ſit eadeꝫ illi que facta eſt in ſero diei reſurrectõis. prout
etiã beatus Aug. ſm aliaꝫ expoſicõeꝫ magis ſentire videt̃. nec
rurſus ſit eadem illi quando apparuit in galilea ſuper monteꝫ
prout etiam magiſter ſuperactus apoſtoloruꝫ videtur velle. ſꝫ
iſta apparitio fuit noua ab omnibus apparitionib9 facta. videli/
cet in die aſcenſionis prout Aug. ⁊ gre. et magiſter in hyſto.
quod etiam glo. ſuper Marcum potius ſentire videntur. poſt
reſurrectionem autem ſuam per quadraginta dies anteq̃m ce-
los aſcenderet. credendum eſt ꝙ multotiens diſcipulis appa̾u/
it. ſed ꝙ legitur in actibus apoſtolorum. quia diſcipulis prebu/
it ſeipſum viuum poſt paſſionem in multis argumẽtis per di-
es quadraginta apparens eis. et loquens de regno dei.    C
Vnde Jo. dicit ꝙ multa ſigna etiam poſt reſurrectioneꝫ fecit
ihcſus in conſpectu diſcipulorum. que non ſunt ſcripta in euan/
gelio. ſed tamen euãgeliſta omiſſis ceteris apparitionib9 decies
eũ apparuiſſe dicunt. pmo Marie magdalene ploꝛãti ad mo-
numentum. Mar. 16. et. J. 20. Secũdo mulieribus redeuntib9
de monumento. qñ tenuerunt pedes eius et adorauerunt eũ.
mat. 18. Tertio Petro ſꝫ vbi. qñ ⁊ qũo. neſcitur. lu. 24. Quar/
to duobus diſcipulis euntib9 in caſtellum. Mar. 16. ⁊ Luc. 24
Quinto ꝯgregatis diſcipulis abſente Thoma in ſero reſurrectio/
nis. lu. 24. et Jo. 20. Sexto p9 dies. 8. eiſdẽ appuit pñte. Tho
Jo. 20. Septimo et diſcipulis appuit ĩ piſcacõe ad mare. Thi/

beriadis Jo·21·Octauo in mōte thabor in Galilea.11·diſcipu/
lis apparuit·Mat·28.iſte omēs apparicōes ante diē aſcenſionis
facte legunt̄·ipſa vero die aſcenſionis bis eis apparuit.ſemel ſcilicet
recūbentibus diſcipulis ī cenaculo·11·enim apl'i habitabant in mō-
te Syon in cenaculo·qđ primitꝰ fuerat palatiū Dauid ī quo mā/
ducauit xp̄s paſca cū diſcipul' ante paſſionē ſuā·ceteri vero diſci/
puli ⁊ ſancte mulieres hītabant circūquaqꝫ ꝑ diuſa hoſpicia: ⁊
recumbētibus in dicto cenaculo·11·diſcipulis apparuit illis iheſus·
Jhero·11.apparuit diſcipl'is ſimul ꝯgregatis vt omēs teſtes ſint
et enarrent oibus·qđ ꝯmunit̄ viderūt ⁊ audiert̄.neqꝫ enim fal-
ſum eē potuit·qđ tot oculis viſū atqꝫ auribus auditū eſt· Solis
aūt.11·diſcipul' apparuit qꝛ magis erāt exprobrādi de incredulita/
te ⁊ duritia cordis qꝫ alij magis etiā ꝯfirmādi erāt de vitate re/
ſurrectōis cuiꝰ teſtes erāt ordinati adeo ꝑ vniuſū orbē·act.4.
vtute magna reddebāt apl'i teſtimoniū reſurrectōis ihū chriſti
Aut forte dici poteſt: ꝙ licz ſoli·11·diſcipuli noient̄ non exclu/
dunt̄ alij diſcipuli et mat̄ dn̄i atqꝫ relique ſācte mulieres quibus
omibus recūbentibus chriſtus apparuit D Et nota ꝙ māducā-
tibus diſcipul' ipſe chriſtꝰ cum eis māducauit: vt legit̄ in actibus
apoſtolorum·⁊ hoc ꝓpter duo·primo quidem in ſignū dilectionis
quia enim amplius eū nō erant viſuri in carne·ideo anteqꝫ rece-
deret manducauit cum eis.quēadmodū amici cum ab inuicē de/
bent ſepari·ſimul manducāt ⁊ bibunt Scđo ideo cuz eis recu-
buit vt vitatez carnis ſue demōſtraret tūc ei maxime debebat
ſe oſtendere nō eſſe alienū.qn̄ alteriꝰ nullū ſignū ſue reſurrec/
tionis erāt oſtenſurꝰ·veritatez aūt carnis maxime oſtendit co-
meſtio.qđ enim veram carnez nō habet·comedere nō poteſt.vn̄
angeli in aſſūpto corpe vere comedere non poſſunt.⁊ ideo an/
gelus ad tobiam eiuſdem·12.cum eſſem inquit vobiſcum ꝑ vo/
luntatem dei videbar quidem vobiſcum manducare et bibere.
ſed ego inuiſibili cibo et potu vtor· qui ab hominibus videri
nō poteſt·⁊ hoc eſt qđ dicit Gre·comedit chriſtus et aſcendit
vt vz ꝑ affectuz comeſtionis vitas pateſceret carnis· vn̄ ꝯſide/
randū ꝙ illa comeſtio·va fuit comeſtio·et nō fantaſtica·cibum
enim ipſe aſſūpſit·dentibus fregit·maſticauit ⁊ q̄litates ꝑcepit ſa-
porum.atqꝫ cibuz ipſū traiecit in ſtomachuz·hec enim ſufficiunt
et reqrunt ad verā comeſtionē·ſꝫ tn̄ in eo nō fuit comeſtionis
effectꝰ·effectꝰ ei comeſtiōis ē vt ꝑ digeſtiōez cibi ſubtiliora ip/
ſiꝰ ī carnē ⁊ oſſa atqꝫ ſāguiez ꝯuertāt̄ groſſiora vero emittāt̄ nl' aūt
iſtorum fuit in xp̄o poſt reſurrectionē·qꝛ cibus ille quē aſſumpſit
nō ꝑ digeſtionē.ſꝫ vtute diuina nec in carnē ꝓpriā.ſꝫ in alteraz

ſubſtantiā ꝯuerſus eſt. ¶ Secūdo ponit̄ exprobratio di-
ſcipuloꝝ. ſic eñ comedebat cum eis. tamq̄ familiaris amic9 ſ3
tñ cordis eoꝝ duritiā exꝓbrabat palā velut liberalis correctoꝛ
et exprobrauit: exprobrare eſt reprehendere. vituperare ꝯuiciari et
iniuriari v̄bis: incredulitatē illoꝝ q̄ntū ad ceitatē intellect9 qꝛ
auditaꝫ ꝛ viſā xp̄i reſurrectōeꝫ nō crediderāt: ꝛ duriciā cordis
q̄ntū ad tarditateꝫ credendi. qꝛ etiā multis ſignis reſurrectōis
oſtenſis tarde crediderāt: qꝛ his qui viderant eū reſurrexiſſe a
mortuis nō crediderunt: reſurgenteꝫ q̄dem xp̄m a mortuis ne-
mo vidit hominū. eum tamen reſurrexiſſe viderunt angeli. vi-
dit Maria magdalena. viderūt. ſancte mulieres a monumēto
venientes. viderunt ꝛ diſcipuli euntes in Emaus. et quia apo-
ſtoli nō crediderāt his. qui eū viderant. niſi et ipi viderēt ideo
merito de hac incredulitate ꝛ cordis duritia reprehendunt̄. ma-
xime vt dicit Aug. quia gentes credituri erant eū reſurrexiſ-
ſe. quē non viderant. audita ap̄loꝝ predicatione. qui non cre-
diderūt videntib9. niſi et ipſi viderent. vnde dixit Thome. quia
vidiſti me thoma credidiſti. Conſiderandū eſt que fuerant iſta
verba exprobrationis. q̄ chriſtus hodie dixit apoſtolis. ꝛ forte
talia fuerunt. aut duriora q̄lia dixit diſcipul̄ eūtib9 ī Emaus
o ſtulti et tardi corde ad credenduꝫ in omnibus que locuti ſūt
prophete. non prophete tantuꝫ. ſ3 angeli mulieres. et veſtri ꝯdi-
ſcipuli. idcirco aūt vt dicit grego. tunc diſcipulos dominus in-
crepauit. cum corporaliter eos reliquit. vt verba que recedens
diceret in corde audientium artius impreſſa remanerent ꝛ b̄m
Jheroni. exprobrat incredulitatem. vt ſuccedat credulitas. ex-
probrat duritiā cordis lapidei. vt ſuccedat coꝛ carneū caritate
plenū ¶ Quare v̄o diſcipuli ſic fuer̄t tardi ad credēdū xp̄i
reſurrectōeꝫ. Dicit gre. duas cauſas eē vna q̄deꝫ rōne īfirmita-
tis eoꝝ. nōdū eñ ſic erant ꝑfecti. vt mirabilia dei opa cogno-
ſcerēt. Scđa cauſa ē rōne future nr̄e firmitatis. naꝫ vt dic̄ Leo
papa. nō ꝑmiſiſſet de9 tm̄ ſuos diſcip̄los dubitare de reſurrec-
tione. niſi eoꝝ dubitatio nr̄e fidei fuiſſet ꝯfirmatio. Illi igit̄ ſic
dubitauer̄t. q̄admodū q̄libꝫ nr̄m dubitare potuiſſet. loco igit̄
nr̄i dubitauer̄t ipſi. ſ3 dū dubitatō eoꝝ tollit̄ cert̄ argumētis
reſurrectōis. ꝯueniēs. vt oīs nr̄a dubitatō ſit remota. vñ Leo
dubitatū ē ab illis ne dubitaret̄ a nobis ꝛ Gre. mim9 eñ mihi
maria magdalena preſtitit que citius credidit q̄ Thomas qui
diu dubitauit. ille eñ dubitando vulneꝝ cicatrices tetigit ꝛ de
nr̄o pectore dubietatis vuln9 amputauit Cū v̄o exprobraſſet

et ꝯmediſſet corā diſcipulis. ⁊ p̄cepit eis ne ab iheruſolimis di/
ſcederent Luc. 24. vos aūt ſedete in ciuitate. donec induamī v̓tu/
te ex alto. vbi voluit: ꝙ expectarent ꝓmiſſionē p̄ris. q̄m audi/
ſtis inquit ꝑ os meū ꝓmiſſio nāqꝫ ſpūſſancti erat ꝓmiſſio p̄ris.
quia ꝓprio ore xp̄us ꝓmiſerat ſpm̄ſanctū mitti a p̄re in apoſto/
los. Jo. 14. paclitus aūt ſpūſſanctus quē mittet p̄r in noīe meo
ille docebit vos omnia. hanc aūt ꝓmiſſionē iteꝝ repetit dicens.
G Johannes q̄dem battizauit aqua. vos aūt baptizabi-
mini ſpūſācto nō poſt multos hos dies. nec ante voluit eos p̄-
dicare nomē ſuū q̄ꝫ ſpm̄ſanctū acciperēt. q̇ eos inſtruxit omnez
v̓itatem. Jo. 16. Cum aūt venerit ſpūs ille v̓itatis: docebit vos
omnē v̓itatem. Item eos ꝯfirmauit. vt nō timerent nomē ip-
ſius coraz regibꝫ et poteſtatibꝫ huius ſeculi p̄dicare. ſpūs enim
ſanctus oīm eſt artifex. omnē habens v̓tutez. omnia ꝓſpiciens
ſapientie. i. his aūt dictis iam circa ſextam horā refectione ꝯple-
ta. p̄cepit eis. vt egrederent̄ omnes de ciuitate ad mōtez oliue/
ti v̓ſus bethaniā. que ſita eſt latere eiuſdem mōtis longe ab ihe/
ruſalē vno miliari. ⁊ hoc eſt qḋ dicit Luc. eduxit aūt eos foras
in bethaniā. ſtatiqꝫ euanuit ab oculis eoꝝ. ⁊ hec ē nona appa-
ritio dn̄i. ſꝫ p̄ma duaꝝ que facte ſūt in die aſcenſionis. Tertio
ponit̄ quale diſcipulis xp̄us offitiū impoſuerit in ſeq̄nte appari/
tione. nā ſtatim poſt comeſtionē vnanimit̄ egreſſi ſūt de ciuita
te omnes apoſtoli cū diſcipulis ⁊ m̄re dn̄i glorioſa atqꝫ ſanctis
mulieribꝫ. ⁊ cū tota credentiū multitudine D Et ꝑ vt ill̓
mandauerat dominus. venerunt bethaniam in mōtem olueti
iſte vero mons ſ̄m veterez lrām. dicit̄ mons trium luminū. qꝛ
de nocte ex parte occidentis illuminabit̄ igne templi. q̇ erat iu-
giter ardens in altari. mane vero a p̄te orientis p̄mo excipiebat
radios ſolis. anteq̄ꝫ illuſtraret̄ ciuitas habebat etiā copiaz olei
qḋ eſt fomētū luminis. iſte mons dan. 11. dicit̄ ſanctus ⁊ inclitus
ſitus inter duo maria ſanctus q̄dem ē ſ̄m glo. ꝓpter dominicaz
hītatōez ⁊ inclitus ꝓpt̄ eius aſcenſionē. eſt aūt ſituatꝰ inter ma/
re cÿreneū ex ꝑte occidentis ⁊ mare mortuum. locū ſcꝫ illū vbi
ſubuerſa ē zodoma ex p̄te orient̓. ibiqꝫ dū ꝯueniſſet ap̄li cum
maria m̄re dn̄i ⁊ oī credētiū m̓titudīe expectātibꝫ ill̓ ſaluato-
ris aduētū ecce ī medio eoꝝ iteꝝ appuit dn̄s ſciētes igit̄ q̇ ꝯue/
nerāt ꝙ celos ſubito vellet aſcēdere īterogauerūt e ū quidē eoꝝ
dicentes. domine ſi t̄pe hoc reſtitues regnum Iſrahel. zelabant
enim veluti adhuc carnales. pro temporali regno iudeorum
quod trāſlatū erat ad gētes dominabantur enim alienigene
iudeis. vn̄ deſiderabant: ꝙ regnū ipſū nationi iudaice reſtitue/

retur· naturale eſt enī· vt quilibet deſideret ſui regni magnificē/
tiam ⁊ libertatē·ſpes aūt aliquorū diſcipulorū fuerat.ꝙ ideo
xp̄us veniſſet ī carnez· vt regnū iudeorꝝ ī priſtinū ſtatū reſtitu/
eret·vñ Luc.24.dixerunt diſcipuli eūtes in emaus nos ſpera/
bamus ꝙ ip̄e eſſet redempturus iſrl̄· J et reſpōdit illis
dn̄s·non eſt vr̄m noſce tp̄a et momenta ·que poſuit pr̄ in ſua
poteſtate·q·d·ad vos nō ptinet ſcire futura·que in ſola diſpo/
ſitione dei ſūt poſita.de quorꝝ numero eſt reſtitutio populi iu=
dayci·nā ip̄m regnū reſtituendū eſt·non carnaliter ƺ ſpiritua/
liter. quando iudei credent in xp̄m circa finem ſeculi q̇ fuit ver9
rex eorꝝ Lu ·1· regnabit in domo Jacob in eternū Jnteri vero
ante finez ſeculi regnū iſrahel reſtituendū erat in fide credentiuz
de quo ſubdit·Sed accipietis v̓tutem ſupueniētis ſc̄ciſpūs in
vos ecce iterū ſpiritūſanctū apoſtolis repmittit ⁊ eritis mihi te
ſtes teſtes autem diuinorꝝ veridicos eſſe oportet·et cōſtantes
vnde neceſſaria erat illis v̓tus ſpiritusſancti.qua inſtruerent̄ et
firmarent̄. hoc vero teſtimoniū chriſti fuit in iheruſalē·⁊ in om=
ni iudea et ſamaria·et vſq3 ad vltimum terre·quia in omnem
terram exiuit ſonus eorꝝ·et in fines orbis terre verba eorum·
hec cū dixiſſet cuius rei deberent ēē teſtes ·ſubiungit : et dixit
illis·euntes in mūdum vniuerſū predicate euangeliū: Euan=
geliū ē bona denūtiacō nulla vō ē melior ānūciacō q̄3 eorꝝ que
pro nr̄a redēpcōe xp̄s fuit opatus.et ſalutis documēta·q̄ dedit
atq3 eterne vite premiū quo pmiſit hec vero omnia predicāda
fuerant ante mundi conſūmationē Mat.24·predicabitur hoc
euangelium in vniuerſo orbe·in teſtimoniuz omnibus gentib9
et tunc veniet conſummatio. R Subiungit autē qui=
b9 ſit predicandum euangelium : omni creature : omnis crea=
ture nomine homo intelligitur·ƀm Gre·quia homo habet ali=
quid omnis·ſ·eſſe cum lapidib9·viuere cum plantis·ſentire cū
animalibus.intelligere cuz angelis : qua ꝓpter ƀm ſimilitudinē
homo dicit̄ minor mūd9 q̄ſi omēz creaturā ↄtinēs Jtē ƀm eūdē
homo dicit̄ omnis creatura quia ꝓpter eum omnis cretura mū/
di videtur eſſe producta.ſumus enim quodammodo finis om/
nium·Jtē ƀm eundez·omnis creature nomine poteſt omnis na/
tio gencium deſignari·cum enim ante chriſti paſſionem manda/
tum fuiſſet apoſtolis ne gentibus predicarent incredulitatem
iudeorum· poſt chriſti reſurrectionem mandatū fuit. vt in om/
nes gētes euangelium diuulgarent·Mathei viceſimo·8· Eun
tes docete omēs gentes·vel ſcd̄m theophilum predicandum eſt
euangelium omni creature ·i· credenti et nō credenti·et inde

eſt ꝙ euangeliū legit ſolenniter i eccl'ia i loco eminēti vt palaꝫ
ab omnibꝫ audiat. Yſa. 4. Supꝑ monteꝫ excelſū aſcende. tu qui
eangelizas ſyon. exalta in fortitudine vocem tuaꝫ. legitur aūt
verſus aquilonē vbi ſita eſt iheruſalē. vnde ꝑdicatio euangelii
adnos deuenit. Luc. 24. ꝑdicate in omnes gentes incipientes
ab iheruſolima. lectioni ꝟo euangelii ꝑmittit dn̄s vobiſcū. q̇a
adeſt dn̄s fidelibꝫ qui credūt euangelio. Mat. 28. ecce ego vo-
biſcū ſū omībꝫ diebꝫ vſqꝫ ad ꝯſūmacōeꝫ ſeculi. deinde dyacon9
incipit euangeliū quinqꝫ crucibꝫ impreſſis. quaꝝ ꝑmā ſignat
principio euangelii. qꝛ hic ē liber crucifixi. Mar. 1. initiū euan
gelii iheſu xpi filii dei. Altera crux ſignat in fronte. vt thau ſi-
gnum deo ſignatuꝫ ſit. quatenus cōſtanter nomē dn̄i ꝑdicem9
Tertia crux fit in labiis: vt ore cōfeſſio ſit ad ſalutē. Quarta fit
in pectore. vt corde credat ad iuſtitiaꝫ. Quinta fit in tota fatie:
vt aperta fatie gloriaꝫ domi ſpeculemur. L Deinde po
nit duplex premiū. ⁊ ꝑmo credentiū: qui crediderit: fidem per
opera oſtendendo. vera eñ fides ſꝫm Gre. eſt quādo ea que ver/
bis dicim9. opibꝫ ꝯſentim9: ⁊ baptiſatus fuerit: nō eñ ſufficit
credere ad ſalutē. niſi aſſit regeneratio baptiſmi. Jo. 3. niſi quis
renat9 fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto. non poteſt intrare in regnuꝫ
dei: ſaluus erit: et tamen aliquis credens ſaluari poteſt vbi ex/
cludit baptiſmuꝫ neceſſitatis articulus. tanta eñ eſt ſacre fidei
neceſſitas ⁊ efficatia. ꝙ nullus unq̄ hoim ſaluatus fuit. aut ſal/
uabitur niſi in fide. eadem eñ eſt fides precedentium chriſtum
et ſequentium. illi eñ ſaluati ſunt in fide venturi nos vero in fi/
de preteriti. quia quod illi credebant futuruꝫ. nos credim9 iaꝫ
veniſſe ſꝫm ꝙ dicit. Aug. de tri. alterum premiuꝫ eſt incredulo/
rum quod ſequitur: qui vero non crediderit cōdemnabitur. he
bre. 11. ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Sed dices ergo con/
demnantur pueri. qui moriunt. cum credere non poſſint. Et eſt
dicendū ꝙ pueri baptizati et fidei non habent virtuteꝫ habēt
tn̄ mē fidei ſacramētū. cui9 ꝟtute ſaluant. Vel dicendum ꝙ pu
eri baptizati decedentes ſaluantur virtute gratie et fidei. atqꝫ
ceteraruꝫ virtutuꝫ. que illis baptizatis infundūtur a deo. ha
bent igitur fidem cuius virtute ſaluantur. ſed vſum fidei non-
dum habent. ſicut ⁊ dormientes fidem habent ſine vſu. Vel po/
teſt dici ꝙ pueri baptizati ſaluantur in fide eccleſie. qui credit
pro eis et loco eorum. quod ipſi nondum credere poſſunt Sꝫ
iterū dices ergo videt ꝙ iudei ⁊ gentiles ſaluari poſſint in fide
eccl'ie. Dico ꝙ fides eccl'e nulli nō baptizato ꝑt ꝓfice ad ſalutē
qꝛ ꝟo vt dicit. Aug. i libo de trinitate ita q̇libꝫ fidē ſuā videt ꝙ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alterius tamen fidem videre non poteſt·ideo.4·ponũtur ſigna
q̊bꝫ credentes ꝯgnoſci poſſũt M vñ dicit.ſig̃ autẽ eos q̇
crediderint hec ſequent̃·et ſunt·5·ſigna·quoꝝ p̊mũ eſt eiectio
demonũ. de quo ſubdit In nomine meo·i·v̊tute ꝛ inuocacõne
nomis mei·demonia eicient.Luc·9·dedit illis virtutez ꝛ pote/
ſtatez ſup omnia demonia ꝛ Luc 10·reuerſi ſũt.72.cũ gaudio
dicentes·dñe etiã demonia ſubiciunt̃ nobis in nomine tuo· Se
cundũ ſignũ eſt locutio diuerſaꝝ linguarum· linguis loquent̃
nouis·qd̊ p̊mo in die penthe·factũ eſt·quando apoſtoli repleti
ſũt ſpũſácto·ꝛ loq̈bãt̃ variis linguis·act.2· Tertiũ ſignũ ẽ fu/
gare ſerpentes·ſerpẽtes tollent·i·auferent vel diſpergẽt·de be-
ato Paulo legit̃·act·28· ꝙ viperã que manu eiꝰ momorderat
excuſſit in ignem. vñ de beato Philippo legit̃. ꝙ draconez ma/
ximũ qui pluresꝰ occiderat expulit in deſertũ. ꝛ beatꝰ Georgiꝰ
draconez cepit· Quartũ ſignũ eſt non pati nocumentũ a mor-
tiferis·ꝛ ſi morſiferũ q̊d biberint·nõ eos nocebit. de beato Jo-
hanne euangeliſta dicit̃ ꝙ calicez veneni bibit ſine nocumento
Jtez de multis martirib9 legitur ꝙ plũbum liquefactuz·et pix
ſoluta·et aqua buliens fuerunt eis in ore infuſa·nec tamen ill̃
nocuerunt·Quintũ ſignũ eſt ſanare languentes·ſup egros ma/
nus imponent·et bene habebunt·actu·3·dicit̃ ꝙ petrus et io-
hannes aſcendentes in templum·euz ſanauerunt·qui ex vtero
matris claudus fuerat ipſius manu aprehenſa. N Sed
ſciendũ eſt ꝙ licet in p̄mitiua eccleſia iſta fuerint ſigna creden/
tium·multi tamen non credentes eadez ſigna operati ſunt. vñ
Luc·9·dixerunt quidam diſcipuli chriſto·preceptor vidimus
quendam in nomine tuo eicientem demonia·et prohibuimus
eũ.q2 nõſequitur te et dixit chriſtus nolite prohibere euz·Jtez
quidã credentes·ſed mali eadez ſigna opati ſunt·ſed nihil ꝓfu
erũt eis ad ſalutez·de quibꝰ dicit ſaluator Mat·7·mlt̃i dicent
mihi i illa die dñe dñe nõne i noie tuo ꝓphetauimꝰ·ꝛ i nomie
tuo demonia eiecimꝰ·in noie tuo v̊tutes mlt̃as fecimꝰ ꝛ tũc ꝯfi/
tebor illis q2 nũq̃ noui vos·diſcedite a me qui opamini iniq̇tatẽ
nunc v̊o p̄ſenti tp̄e raro fiunt talia ſig̃ etiã a fidelibꝫ ꝛ ſcis·qd̊
nõ cõtingit.ex defectu fidei ꝛ ſcitatis·cuz mlt̃i nõ fideles ꝛ ma/
li ea fecerint·Sed h̃ ideo accidit· quoniaz vt dicit Gre.iſta ſig̃
fuerunt neceſſaria in exordio eccleſie ad cõuerſionez gẽtiuz·ꝛ
ad fauorẽ fidei nũc autez fide ꝯfirmata·iam non eſt neceſſarium
vti miraculis·nõne magnũ miraculũ ẽ·q2 mundꝰ credit i cru/
cifixuz·nã ꝛ h̃ ipm p̄titis miraculis atteſtat̃. Nota q2 ſic ꝛ pri/
mitia ecclia fides credẽtiũ oñdebat̃ p iſta ſig̃ ad lr̃azitellcã im

preſenti tp̄e oportet cuiuſlibꝫ fidem eiſdem ſignis oſtendi ſpiri
tualiter intellectis. hec vͦ ſigna ſūt opera nr̄a. ſine quibꝫ fides
non pficit ad ſalutē. Jac. z. fides coopat̄ operibꝫ. et ex opibus
fides eſt cōſūmata. ex opibus em̄ iuſtificat̄ homo. ⁊ non ex fide
tantum P Primū igit̄ credentiū ſignū ē vt abiciant a ſe
demoniū. ſi qd̄ in eis eſt ꝑ peccatū. nā anima per peccatū fit de
monioꝝ habitatio. Apo. 18. facta eſt demoniorum habitatio.
eicit̄ at̄ demōm ꝑ ſacramētū baptiſmi. xp̄i nomie inuocato. ⁊ ꝑ
ſacramentū penitentie. eicit em̄ demoniū cōtritio de corde. cōfeſ
ſio ex ore. ſatiſfactio etiā a remotis eū proicit. Mat. 17. hoc ge
nus demonioꝝ nō eicit̄. niſi in oratione ⁊ ieiunio que ſūt peni
tentie opa. Secūdū ſignū credentiū eſt loq̄ noīs linguis. vt ſi
quis ſolit9 erat ſecularia v̓ba dicere. dei verba loq̄t̄. pria. Pe.
4. ſi quis loquat̄ q̄ſi ſermones dei. Jtē ſi q̇s fuit piger ad ora
tionē. nunc ſit ſollicit9. Ephe. 5. loq̄ntes vobiſmetipis in pſal
mis ⁊ himnis ⁊ cāticis ſpiritalibꝫ. cantantes ⁊ pſallentes in cor
dibus vr̄is. dn̄o gratias agentes. Reuera talis potius loquit̄
noua lingua. q̄ꝫ ſi ex barbara lingua italicū ſeu latinū loqueret̄
Tertiū ſignū eſt credentiū omnē falſitatis errorē a ſe ⁊ ab aliis
auferre. heretici em̄ noīe ſerpentis intelligunt̄. qui acutiſſimas
habent linguas ad fallendū p̄s. acuerūt linguas ſicut ſerpētes
venenū aſpidū ſub labiis eoꝝ. Quartū credentiū ſignū eſt mor
tiferis temptatōibus non ꝯſentire. ſiquidem em̄ delectatio mor
tifera. aut ira. aut auaritia veniat in mentem quaſi mortiferum
bibitur. ſed fideles veri hoc mortiferū tyriaca ſpūali cōmiſcent
cogitando chriſti paſſionē. tormenta inferni. gloriam paradiſi
ꝓpter qd̄ nihil eis nocet tale mortiferꝝ. ſꝫ magis ex eo caſtigāt
z. Cor. 6. vt caſtigati ⁊ nō mortificati. Quintū ſignū credētiū
ē miſericordie opa proximis indigentibꝫ exhibere ſuper egros
em̄ man9 imponēt ⁊ bn̄ habebūt: Egri nāq̄ꝫ dicūt̄: eo q̄ ali
orum ſubſidio egeāt i ſuis neceſſitatibꝫ q̇cūq̄ꝫ igit̄ impendunt
mīe opa vel reficiēdo eſuriētes nudos veſtiēdo viſitādo īfirmos
ſubueniēdo oppſſis. cōſolādo afflictos. inſtruēdo ſimplices. aut
quecūq̄ꝫ alia mīe opera exercendo ſuper egros imponūt man9
i. miſericordie opera. vnde bene ſe habeāt. puer. 30. manus ſu
as apperuit inopi. et palmas ſuas extendit ad pauperem. hec
igitur. 5. ſcilicet ſacramentorum ꝑceptio. diuinoꝝ locutio. er
rorum diſperſio. peccati deteſtatio: ⁊ miſericordie opa. ſunt ſi
gna et miracula credentiū que vt dicit. Gre. tanta maiora ſūt
ſpiritualiter intellecta. quanto per hoc non corpora ſed anime
ſuſcitantur. Secunda pars. P

Secundo cũ dicit̃ et dñs quidẽ ₰c. tangit̃ aſcenſio ſal-
uatoris. et duo facit. ꝑmittit̃ eñ aſcẽſionis modus
ꝛ dñs quidẽ ihs poſtq̃ꝫ locutus eſt eis: vnũquemq̃ꝫ
oſculatus ẽ ex corde amoris itimo ſm ꝙ dicit. Am.
in pſa hodierna. apl'is cara reliquit oſcula pacis. deinde vale-
dicens eis. eleuatis manibꝫ eos bñdixit vt dicit Luc. ſicut pat̃
a filÿs recedens eos bñdicit. ꝛ vt dicit Theop. forte in hac bñ-
dictione vicꝫ ꝯſeruatiuã eis influxit. vſq̃ꝫ ad ſpũſſancti aduen-
tum. his factis. ad orientem v̾ſa fatie vt dicit Dama. 4. li. c. 4.
Aſſumptus eſt in celũ: eleuatis manibꝫ ferebat̃ in celũ ꝛ nubes
ſuſcepit eum ab oculis eoꝝ. q꞉ claritate cuiuſdã nubis circum
datus. eis vlteri⁹ nõ eſt viſus. queꝫ dum aſpicerent eleuari in
celũ proni ceciderunt in terrã adorãtes. vt dicit. Lucas ſup excel
ſa igit̃ celi: vt dicit leo papa terrenũ iponit̃ corp⁹. oſſa intra ſe
pulcri anguſtias pauloante ꝯcluſa. angeloꝝ cetibꝫ inferunt̃. in
gremiuꝫ immortalitatis mortalis natura tranſfundit̃. aſcendit
igit̃ dñs de mõte oliueti i celũ. Et dicit Sulpitius epũs Hiero
ſolimitan⁹ ꝛ habet̃ in glo. ſup act⁹. ꝙ dũ facta fuiſſet eccl'ia in
monte oliueti. vñ xp̃us celũ aſcendit. locus ille vbi ſteterũt ve
ſtigia pedũ xp̃i aſcendẽtis nũq̃ꝫ potuit ꝯtinuari pauimẽto. ſed
marmora exuciebant̃ in ora apponentiũ. ꝛ puluis adhuc reti-
net veſtigia impſſa pedũ eius nec deleri poſſunt. ¶ Con
ſiderandũ eſt aũt: q꞉ xp̃us aſcendit euident̃. q꞉ dum eſſet in me
dio apl'oruꝫ. ſubito cũ eleuaſſet manus ad celũ videntibꝫ illis
eleuatus eſt Aſcendit mirabilit̃. qd a pparet ex tribꝫ. Primo q̇
dem q꞉ ꝓpria v̾tute nullo creature obſequio vel auxilio. Secun
do q꞉ penetrauit corpus eius gl'oſũ omnes celos abſq̃ꝫ diuiſio
ne ꝛ fractura celoꝝ Tertio diſtantiã maximã q̃ eſt a terra in ce
lum ſubito ꝑtranſiuit: vt eſſet ſup omnes celos. de quibꝫ omĩ
bus ait. p̃s. dñe dñs nr̃ q̃m admirabile eſt nomẽ tuũ in vniu
ſa terra. qm̃ eleuata eſt magnificẽtia tua ſup celos. Tertio aſcẽ
dit letant̃. q꞉ exultantibꝫ angelis. p̃s. aſcẽdit deus in iubilatio
ne. et dñs in voce tube. vñ. Aug. aſcendente xp̃o pauet omne
celum. mirantur aſtra. plaudunt angelorum agmina. tube ſo-
nant. et letis emiſcẽt blanda modulamina chori. Quarto aſcẽ
dit honorifice. quia comitabant̃ ei glorioſa illa ſanctorum cor-
pora. que ſurrexerunt cum eo. ſcd'm ꝙ dicit. Aug. in ſermone
reſurrectionis. Item vt dicit Hiero. ſuper. p̃s. omnes virtutes
angelice chriſto venerunt obuiam. decantantes gloriam deo. ꝛ
precedentes eum ad alias virtutes celeſtes clamabant. pate vi
am dño venienti. ꝛ illi occurrite. reſerate celeſtes aditus. ꝛ eter

nalis egreſſus pateat· apperiant ethere ianue. et eternaꝝ ediū
value. ⁊ introibit rex glorie· et querunt angelice v̓tutes· quis
eſt iſte rex glorie· Et rn̄derunt alie. dn̄s v̓tutuꝫ Quinto aſcen=
dit ſublimiꝰ qꝛ ſup̱ omnes celos· ⁊ ſup̱ omnē creaturā angeli=
caꝫ· p̄s· aſcendit ſup̱ cherubim ⁊ volauit· volauit ſup̱ pēnas vē
torum. R ·Nota qꝛ plures ſūt aſcenſione dn̄i· primo nāqꝫ
āſcendit rōne dignitatis corꝑis ſui gl̓ificati· cui nō ꝯuenit niſi
locus celeſtis. Aſcendit ad ꝯfirmacōem fidei· Aug. in ſermone
aſcenſio dn̄i catholice fidei eſt ꝯfirmatio· Aſcendit vt ſpem no
ſtraꝫ erig̃. et· vt ſperemus cuꝫ illo eſſe· vn̄· Aug· dn̄s nr̄ iheſus
xp̄s dū humanā naturā ſyderibꝰ iportauit· credētibꝰ celuꝫ poſſe
patere mōſtrauit· Aſcendit vt caritateꝫ inflāmaret Gre· opor=
tet cariſſimi vt illuc xp̄m corde ſeqͥmur· vbi ipſū credimus cor=
pore aſcendiſſe ⁊ ſi adhuc tenemur in firmitate corꝑis. eū tn̄ ſe
quamur paſſibꝰ amoris· Aſcendit vt humanā naturā gl̓ifica
ret· vn̄· Criſo· natura cuius cauſa ꝑadiſus a cherubim cuſtodie=
bat̄ hodie ſup̄ cherubim cum ſūmo honore ſuſcepta eſt· ⁊ nā cui
dictū eſt terra es· ⁊ in terrā ibis. hodie iuit in celū· ⁊ ſine termi
no ſup̱ celos regnat· Aſcēdit vt ꝓuocet affectū· deut. 32· ſicut
aquila ꝓuocans ⁊c. Aſcendit vt ꝓ nobis prēʒ interpellaret· he
bre· 9· introiuit in ipſū celū vt appareat nūc vultui dei ꝓ nob̄
et p̉ma· Jo· 2· aduocatū hēmus apud prēm ihm xp̄m iuſtū· et
ipſe eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis nr̄is. Aſcendit vt viaꝫ celeſtē nob̄
demōſtraret. Mich· 2· aſcendit iter pandens ante eos. Aſcen=
dit vt celū nobis apperiret· deu· 28· apperiet tibi dn̄s theſaurū
ſuū optimū ·i· celū. Aſcendit· vt locū nobis ī regno paret· Jo·
·14· vado pare vob̄ locū Itē aſcēdit vt ſpm̄ ſāctū nob̄ mitteret Jo
16· niſi ego abiero ꝑaclitus nō veniet ad vos· ⁊ dū aſſumptus
fuero mittaꝫ eū vobis· Iteꝫ aſcendit vt corꝑali pn̄tia ſubtracta
toto corde eū deſideremus· Col. 3· que ſurſuꝫ ſūt q̄rite· vbi xp̄s
eſt in dextra dei ſedens· vn̄ Aug. 4· ꝯfeſ. 12· noluit nobiſcū diu
eſſe· ⁊ nō reliquit nos abſceſſit eni ⁊ ecce hic eſt· et diſceſſit ab
oculis: vt redeamus ad cor· ⁊ inueniamus eū· aſcendamꝰ igitꝰ
et ſi nōdū corꝑe· corda tn̄ leuemus ad dn̄m· ita tn̄ ſi nullū vi=
ciū mētem nr̄am aggrauat· qꝛ vt dicit Aug· nullū viciū no
ſtrum aſcendit cū medico nr̄o Bene aſcendit corde miles q̇daꝫ
qui in partibꝰ vltramarinis oīa loca in quibꝰ ſaluator nr̄ fue=
rat ſollicite cuꝫ lacrimis viſitauit· ⁊ dū omnia ſancta loca deuo
te ꝑquiſiuiſſet. vltimo venit in montem oliueti. vnde chriſtus ce
luꝫ aſcenderat· vbi poſt longam orationeꝫ cum lacrimis dixit·
ecce domine vbiqꝫ diligēter te exquiſiui· vſqꝫ dum venerim ad

locum. vnde celos aſcendiſti· neſcio vbi amplius te requirã· iube
ergo ſpm̃ meũ ſuſcipi· vt ad dextraꝫ pr̃is videaꝫ te ſedentem in
gloria· ⁊ his dictis ſine dolore ſpm̃ celo reddidit. S Secun
do ponit aſcenſionis gloria: ⁊ ſedet a dextris dei: ſeſſionẽ iſtaꝫ
vt dicit Aug· de ſimbolo nõ accipiamus corꝑalit̃ q̃ſi membris
humanis deus pr̃ ſit figuratus· ſꝫ ꝑ dexterã illã poteſt intelligi
exaltatio xp̄i· quia ſuꝑ omnẽ creaturam hac die magnificatus
ẽ. hebre. p̃mo. ſede t ad dextaꝫ maieſtatis ĩ excelſis· tãto melioꝛ
angelis effectus· q̃nto differẽtius p̃ illis nomẽ hereditauit Itẽ
ſedet a dextris ꝓpter honorẽ ⁊ gl'iam diuinitatis. vt dic. dam.
li.3.c.31· quos em̃ volumus honorare collocamus ad dexteram
Iteꝫ ſedet a dextris rõne vnitatis eſſentie cũ pr̃e· vñ Ber. dño
meo datũ eſt ſingulariẽ ſedere a dextris pr̃is in gl'ia ꝑ eſſentia
ſubſtantiali· generatõe ꝯſimili· maieſtate nõ diſpari· eternitate
nõ poſteriori. Iteꝫ ſedet in dextera rõne immẽſe btitudinis ſibi
collate· vt dicit glo· Ephe· 1. dextra em̃ ꝑpetuitatẽ beate vite ſi-
gnificat· vt dicit Gre· Item ſedet a dextris· qꝛ gaudet in bonis
potioribꝰ pr̃is· collocatũ eſt em̃ illi homini maius· q̃ nulli crea
ture ꝯmunicari poſſet· vt ſit verus deus· phil. 2· dedit illi no-
men qd' eſt ſuꝑ omne nomẽ Iteꝫ ſedet a dextris· qꝛ ſine ſui mu
tatione eſt v̓tus pr̃is oꝑatiua que ꝑ dextraꝫ ſignificat̃ Itẽ ſm
Aug· ſedet a dextris· qꝛ ptãtem accepit homo ille a deo vt ve-
niat iudicaturus qui venerat iudicandus· dextra em̃ iudiciariã
ſignificat ptãtem ⁊c. Tertia pars

Ertio cũ dicit Illi at ⁊c. tangit quid poſt aſcenſionẽ
egerint ap'li· qꝛ ſtudioſe impleuerunt p̃dicationis
mãdatũ. cuꝫ v̓o aſſumptus eſſet xp̄s in celũ. adhuc
tñ ſuſpenſis vultibꝰ ſurſũ aſpiciebant· qꝛ vbi amoꝛ
ibi oculus· ⁊ vbi eſt thezaurus tuus ibi eſt ⁊ coꝛ tuũ· ⁊ iõ celuꝫ
aſpiciebant· quo receſſerat dilectus eoꝝ· ⁊ vbi eoꝝ theſaurus
ſe ſuſtulerat· Cũ ergo intuerent̃ in celũ eunteꝫ illũ· ecce duo an
geli· vili foꝛma in veſtibꝰ albis· iuxta illos aſtiterunt qui dixe-
runt viri Galilei q̃d ſtatis aſpiciẽtes in celũ. q. d. expectatis ne
q̃ reuertat̃ ad vos xp̄us. Deinde duo addiderunt p̃mo q̃ celũ
vere aſcendiſſet· hic ih̃us qui aſſumptus eſt a vobis in celũ Se
cundo q̃ venturus eſſet ſeculũ iudicare· ſic veniet· in eadem car
nis ſubſtantia et claritate maieſtatis· quẽadmodũ vidiſtis eũ
eunteꝫ in celũ· quibus auditis abeuntibus angelis reuerſi ſunt
omnes apoſtoli cum gaudio in Hieruſalem· gaudebant quidẽ
de exaltatione chriſti· Iteꝫ quia vera eſſe cognoſcebant que de
illo crediderant· Item quia ſciebant ſe eſſe electos amicos tam

ſuperexcellentis ꝑncipis Item qꝛ expectabant ſpũſſandi aduē-
tum. ¶ Et eſt ſciendũ ꝙ inpꝛimitiua eccleſia ꝓpter xpi
aſcenſionē quinta feria qua xpus celũ aſcendit erat ita celebris
ſicut dies dñicus et fiebat tunc ꝓceſſio in memoꝛiaꝫ. ꝙ xpo ce
lum aſcendente apoſtoli egreſſi fuerant Iheruſalē ad mōtem oli
ueti. ⁊ iteruꝫ cum gaudio Iheruſalē redierāt. ſed poſtea multi-
plicatis ſanctoꝝ feſtiuitatibꝰ celebꝛitas illius diei intermiſſa eſt
recepto vero ſpũſctō apoſtoli ꝑ vniuerſũ mūdũ nomē xpi pꝛe-
dicauerunt. vñ dicit: Illi aũt ꝓfecti ꝑdicarunt vbiqꝫ: quia dixe
rat xps. euntes in mundũ vniuerſũ pꝛedicate euangeliũ. foꝛte
autem vt dicit Aug. ꝑdicatio euangelij nō tantũ ꝑ eos vbiqꝫ
diffuſa eſt. ſed etiā ꝑ ſucceſſoꝛes eorum: dño coopante: niſi em
ipſe oparetur nihil nos oparemur. Yſa. 26. omnia opera nr̃a
operatus es dñe: et ſermonē ↄfirmante: ↄfirmauit pꝛedicatio
nis ſermonē: ſequētibꝰ ſignis: que ſigna ſupꝛa dixerat. in no
mine meo demonia eicient. linguis loquenť ꝛc. ſicut vero tunc
confirmata eſt pꝛedicatio ſignis. ita nũc quēlibet ꝑdicatoꝛē ſer
moneꝫ ſuũ ſignis bone opacōis ↄfirmare opoꝛtet. vñ Theop.
fiat domine ihеſu chriſte vt noſtri ſermones quos de virtute te
operante dicimus. peꝛ opera confirmentur et actus. vt tandeꝫ
ſimus perfecti te cooperante in omibꝰ verbis et factis. quia te de
cet ſermonum et operum gloꝛia. cuꝫ ſis virtus dei et ſapientia
in ſecula ſeculoꝛum amen.

## Dñica infra octauas aſcen. Ser. xlviii.

Vm venerit paraclitus quem ego mittam
vobis a patre ſpiritum veritatis qui a patre ꝓ
cedit ꝛc Io. 15. omnis diuina vitas a deo pctō
ribus eſt odibilis. vt etiam ſi aſſit paſſibilitas
ipſius veritatis teſtes perſequantur. qđ maxi-
me de veritate catholice fedei nouimus accidiſſe. cuius annũtia-
toꝛes iudei pagani et heredici uſqꝫ ad moꝛtem perſecuti ſunt. Et
quia veritas ſemper manet. et inualeſcit ſuper omnia ideo hoc
atteſtať veritati noſtre fedei. quia etiam inter perſecutiones ⁊
mōtes ſempeꝛ legitur pꝛofeciſſe. De his autem que paſſuri erāt
teſtes vere fidei. agitur in pꝛeſenti euangelio quod in tres par-
tes diuiditur. in quarum pꝛima oſtenditur quibus teſtibus ca-
tholica veritas fuerit confirmata. Secundo quantis aduerſitati-
bus ipſa veritas fuerit impugnata. ibi. hec locutus ſum vobis
vt non ſcandalizemini. Tertio ꝙ hec omnia chriſti ſermonibꝰ
fuerint pꝛenũtiata. ibi. ſed hec locutus ſum vobis. ¶ Cir-